Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mandatis tuis Confitebor
tibi in directione cordis · in eo
quod didicerim iudicia iustitiae tuae
Iustificationes tuas custodiam
· non me derelinquas usque
quaque In quo corrigit adole
scentior viam suam · in custo
diendo sermones tuos In to
to corde meo exquisivi te · ne re
pellas me a mandatis tuis In
corde meo abscondi eloquia tua
· ut non peccem tibi Benedictus
es domine · doce me iustificationes
tuas In labiis meis pronuntiavi
· omnia iudicia oris tui In via
testimoniorum tuorum delectatus
sum · sicut in omnibus divitiis
In mandatis tuis exercebor ·
et considerabo vias tuas In iusti
ficationibus tuis meditabor · non
obliviscar sermones tuos ps
Retribue servo tuo vivi
fica me · et custodiam ser
mones tuos Revela oculos
meos · et considerabo mirabilia
de lege tua Incola ego sum in
terra · non abscondas a me man
data tua Concupivit anima
mea desiderare iustificationes
tuas in omni tempore Increpasti superbos · maledicti qui de
clinant a mandatis tuis Au
fer a me opprobrium · et contem
ptum · quia testimonia tua exqui
sivi Etenim sederunt princi
pes et adversum me loquebantur
· servus autem tuus exercebatur
in iustificationibus tuis Nam
et testimonia tua meditatio
mea sunt · et consilium meum iustifica
tiones tuae Adhesit pavimen
to anima mea · vivifica me se
cundum verbum tuum Vias
meas enumeravi · et exaudisti me
doce me iustificationes tuas Via
m iustificationum tuarum instruc
me · et exercebor in mirabilibus
tuis Dormitavit anima me
a taedio · confirma me in verbis
tuis Viam iniquitatis a
move a me · et de lege tua miserere
mihi Viam veritatis elegi
iudicia tua non sum oblitus
Adhesi testimoniis tuis do
mine · noli me confundere Viam
mandatorum tuorum cucurri
cum dilatasti cor meum Am
Beati qui ambulant in lege tua
Omnimodis ps Commune
volt salvus esse · ante
omnia opus est ut teneat catholicam fidem Quam nisi quisque